

coniunctione complexetur, quæ paulatue sic assen desiccatio  
tur & tandem leui igne sic desiccetur, & eorū con<sup>ne</sup> in leui  
ceptio fiat cuius calor vscq; ad 16. diem duraturus igne.  
erit, antequam cooperiatur nigredine. Quod cum  
humationis decoctione totum est prosequendum  
igne autem accenso Mercurius ascendet superius  
propter naturam spiritualem ad aerem scanden-  
tem. Quare suauiter oportet regere virtutes do-  
nec sua humiditas igne siccetur, Nam calore sola-  
ri firmiter congela, deinde paulatue vigora ignē  
ut siccatus possit tollerare.

Vnde Morienes: Scias nihil natum vel crescens  
nec animatum nisi post putredinem, eo quod si pu-  
tridum non fuerit lapis fundi non possit, necq; re-  
solui, Et illud ideo, quia cum per corruptionem  
moritur, compositum corporale per regeneratio-  
nem consurgit simplex spirituale.

Vnde Saluator: Nisi granum frumenti cadens  
in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si  
autem mortuum fuerit, multum fructum affert,  
Et nisi humiditas vteri essent coniuncta, & calor  
continuus sperma non maneret, nec foetum pro-  
crearet.

Vnde Quatuor gradus calorum no-  
tandi sunt.

Primus latus & tepidus velut carnis seu embri  
gg iij